rum superanda odu et invidiam. » Magnum, inquit Chrysostomus, a philosophicorum animum gloriam nihil carum rerum, quae in hac vita tristes accidunt, molestare potest, non inimici accusationes, non detractiones, non pericula, non insidiae; nequit enim, quasi in quoddam excelsum montis receptus cacumen a quoquam eorum, quibus ab inimico subiecte telluris impeditur, prehendi. Talis erat mens Pauli. Quovis montium eucumina sublimioris philosophiae locum tenebat, eius utique que vera denum philosophia est. Quia extrinsecus accident, verbi duxantur sunt et puerorum ludus. Habet tum beatus illi et regem hostiliter sibi adversantem, et propterea alios quoque inimicos, a quibus precipue et amaris calamitos affligebatur. Et quid dici? Non solum, at, nullo hinc dolor affior, neque ab officio decedo, sed et gaudeo et gaudebo. Non ad tempus, inquit, sed semper horum gratia gaudebo: novi enim quod hoc mihi ocedet ad salutem, futuram scilicet: addo, quod ista inimicia et quae adversus me est emanatio, predicationem Evangelii juvet et promoveat.»

Quares, quales fuerint hi predicatoribus hypocrites, Catholieine an heretic? Hi pretiosi fuisse censem Chrysostomus et Theophylactus supra, puta Simonianos, quos describit isdem pene notis et verbis S. Ignatius, epist. ad Trallianos: « Fugite, ait, Simonis heresim habentes, Menandrum, Basilei et eorum sectatores Nicolaitas, Theodotum, Cleobolum: sunt enim vaniloqui, seductores, non Christiani, sed Christem temporari, Christilicures, quique ex Christi nomine questum faciunt, fraude circumventes illius nomen et adulterantes verbum Evangelii. » Et epistola ad eosdem Philippenses pene tota agit contra eosdem, eo quod docerent Christum non vere et re ipsa, sed tantum opinione et specie tenus natum et crucifixum: quos etiam redarguit Paulus inferius, cap. viii. Verum de tali specie et simulatione Christi non loquitur hic Apostolus, sed de ipsorum metu predicatorum simulatione et praetextu: « Iudei enim vocat τρόπον, ut dixi. Secundo, quod Apostolus non intelligat Simonianos aliquos que hereticos, ex eo convincitur, quod dicat se gaudere, quod peccatorum ammetat Christus: non gaudebat autem de predicatione Simonis. Simon enim hereses docebat et predicabat de Christo, adeoque Christum verum mediatorem et Dei Filium e medio tollebat. Unde de ejus predicatione maxime dolebat Paulus. Sic nunquam licet gaudere de predicatione et propagatione heresies etiam inter Paganos: licet enim Christum annuntiant, simul tamen de eo, vel de ejus Ecclesia et Sacramentis multas hereses annuntiant, que perniciosiores sunt ipso pagani: ita ut longe præstet nihil veritatis et doctrinae ab eis accipere, quam eam tantis erroribus et heresibus inquinatam haurire. Dico ergo cum Anselmo, probabilis est hos contentiosos

20. PER VITAM ORATIONEM ET SUBMINISTRATIONEM

Invita
propria
tate

predicantes fuisse Christianos, oriundos ex Chrysostomus Iudeis, ut videtur, sed ambitiosos, mercenarios et improbos, utpote qui Pauli annuli ex Evangelio, non aliud quam suam gloriam et lucrum quererant. Tales fuerunt et illi, contra quos agit Paulus, II Cor. xi. En quid etiam inter Christianos facit circa ambitio et invidia: prouumpit ad pressuras Pauli etiam vincit, eique insidias et mortem ministrat per suum ipsum Evangelium, ipsorum facta dicit: Per eum Paulus, pereat predicatio, pereat fides, pereat responsa, pereat Ecclesia, ac simul cura eum peremus et nos ipsi, dummodo ad breve tempus, ad momentum sumus in honore et gloria. Vere S. Chrysostomus, hom. 41 in Matth. 1. Invidia, inquit, pestiferum malum, hominem in abominationem atque in demonem immansum convertit: invidia prima hominis (Abel) cedes apparuit; invidia fraternalis charitas contempta est; invidia sanguine hominis terra prima maculata; invidia denique factum est, ut hiatus suo, terra Dathan, Kore et Abiron universumque illorum populum vivos absorpsit.»

Nota hic invidiae conditionem. Nam invidia similis est ophalmiae, que rebus valde splendens et lucentibus offendit et ledit: sic enim invidia aliorum bonis, virtute et gloria acerbatur et tabescit. Unde Aristoteles rogatus quid esset invidia? respondit: Est antagonista fortunatum. Ex adverso Actius, vir nobilis et sapiens, cum coram Frederico regre disserente Physici, quid præcipue conferret oculorum perspicuitati? aliquid feniculi esum, ali vitri usum, ali aliud afferent: At ego, inquit, invidiam aio: hec enim est quae facit, ut quis alieni in rebus cernat acutum: ita refert Pontanus. Plura de invidia dixi Genes. xxxvii. 4.

19. SCIO ENIM QUA HOC (eorum odium et invidia, qua mihi mororem et Neronis iram conciliare student) MIHI PROVENIET AD SALUTEM, — vel presentem, ait Chrysostomus, ut a morte et Neronis fratre liberer: vel potius spiritalem et eternam: hanc enim Apostolum spectare, non autem presentem et corporalem, patet ex seqq. cum ait: « Magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem. » Vitam ergo hanc, ut et mortem contemporaneat Apostolus, tantumque spectabat spiritualem et futuram, ut in ea Christus magnificaretur, q. d. Ipsi salagunt me affligere et morore conficer: sed ego gaudeo; scio enim, et in Dei bonitate ac providentia confidus certe mihi persuadeo omnes eorum machinationes mihi ccessuras in bonum, scilicet in maius patientie meritum, deus et aliorum exemplum, ac consequenter in salutem tum meam, tum aliorum multorum: ad hanc enim omnia habeo convertit Deus, quia diligentibus et sperantibus in se omnia cooperantur in bonum, idque fieri.

20. PER VITAM ORATIONEM ET SUBMINISTRATIONEM

REI CYRUS, donationem SEQUITUR IESU CHRISTI (si videlicet vos orelis, quod tacite puto, pro me, et vestra oratione mili impetratis Spiritum Christi, ut scilicet is mihi a Deo copiosus donetur et subministratur), SECUNDUM EXPECTATIONEM ET SPEM MEAM, — q. d. Quem Spiritum subministrari mihi magna spe et desiderio, quasi exercito in colum capite et ore, anhelus a Deo expecto: hoc enim est Genuum ἐπαπάθεια, ut dixi Rom. viii. 19.

QUA IN SULLO CONFUNDAR. — Aliqui referunt hoc ad immediate precedendum, q. d. Spero quod in nullo confundar: sed melius referas ad superiora, « Scio quia hoc mihi proveniet ad salutem, q. d. Scio huc oditum mihi cessura ad salutem et gloriam, quia quidquid ex his de me eveniat, non confundar, non pudebam: quia nullius vera culpa aut peccati mihi conscius sum.

SED IN OMNI FIDUCIA, SICUT SEMPER, (ita) ET NUNC MAGNIFICABITUR CHRISTUS IN CORPORE MEO, SIVE PER VITAM, SIVE PER MORTEM. — Pro fiducia, gracie est magis, id est libertate, constanter, q. d. Quidquid de me fiat, sive occidat, sive vivat, solita mea utrā libertate et constanter, ut per ilam magnificatur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem: si enim occidat et constanter moriar pro Christo, magnificabo Christum meo martyrio; si vivam, constanter Christum predicabo, itaque cumdum magnificabo. Nota: PRO magnificabio dicti Apostolus passive magnificabitur, ob modestiam, ne sibi susque viribus hanc magnificacionem ascribere videatur.

21. MIHI ENIM VIVERE CHRISTUS EST, ET MORI LUCRUM. — « Vivere, » id est vita mea est Christus, vita, inquam, id est vita mea causa Christus est, etiam in aliis. Primo, est causa efficientis vita mea spiritualis, eamque conservans. Secundo, est ejusdem vita causa objectiva et exemplaris. Ita Anselmus. Tertio, et magis apposite ad mentem Apostoli hic, Christus est vita mea causa finalis: quia Christi amor et honor me movet ad omnia opera, labores et passiones fortiter suscipiendas; illud enim in homine radicaliter est vita, quod est principium motus et actionium vitalium in eo. « Christus, inquit Theophylactus, mihi spiritus et lumen et vita est, tum naturalis, tum supernaturalis, tum beat. » Egregie vero Chrysostomus: « Mihi vivere Christus est, et mori lucrum, q. d. Etiam moriendo non moriar, eo quod vita habeo in meipso. Tum vero demum me occiderint, si per metum et terrorum animo meo fidem potuerint exterrire; donec vero Christus in me fuerit, etiam si mors ingrediatur, vivam. Et in hac quoque vita non meum est istud vivere, sed Christi. Si vero negue in hac vita, quid in futura? Quod vero nunc in carne, inquit, vivo, in fide vivo. Illud et alibi dicit: Vivo autem, iam non ego, vivit vero in me Christus. Talem oportet esse Christianum. » Et inferior: « Nihil molestissimum, qui me occident, eo quod ad vitam meam me dimittent et promovebunt, et ab ista

Scendens
genitrix
mortis, la
lucrum, que
fuit

dit, dicens: Mihi enim Christus et in vita et in morte lucrum est, ideo enim vivere non recuso, nec mori timeo, quod tam in morte quam in vita Christo serviam, Christo uniar, Christum lucrer, itaque Christus tam in morte, quam in vita mea magnificetur et glorificetur. Christus enim est amor meus et omnia: prater eum nihil amo, nihil timeo. Unde si Christum invenerim et lucrer, perinde mihi est, eve vivam, sive moriar. *Sic Rom. xiv, 8.* dixit: « Sive vivimus, Domino vivimus; sive morimur, Domino morimur; sive ergo vivimus, sive morimur, Domini sumus. »

Ad hoc mortis et Christi lucrum anhelabat S. Ignatius: « Rogo vos, inquit, epist. ad Romanos, ne erga me impetuisse benevoli sitis: sinit me bestiarum escam eam, per quas Deum assequi licet; tritum Dei sum ego, et bestiarum dentibus molar, ut parus Dei panis reperiatur: potius allicite bestias, ut mihi sepius fiant, nihil relinquant de corpore meo, ne, dum obdormio, euquam onerosus inveniar. Tunc vero verus Christi Jesu discipulus ero, quando nec mem corpus quidem mundus videbit. » Et paulo inferius: « Nunc disco in eo vincens nihil mandatum concepiscere, aut vanum. A Syria Romanus usque cum bestiis depugno, per terram, per mare, nocte dieque colligatus decem leopardis, hoo est, decem militibus qui me custodiunt, qui etiam beneficis affecti, deteriores evadunt. Ultimum fruar bestiis illis, quae mihi preparant sunt! quas velim mihi veloces reperiri, quas etiam alliciam, ut compendio me devoret, non ut quosdam territe non attigerint, eaque nisi voluerint, altro ego vim inferam. Ignis, crux, bestiarum coitiones, dissectiones, distinctiones, ossium disipafrationes, concisiones membrorum, totius corporis constrictio et tormentum diabolii in me veiant, tantum ut Jesus adipiscatur. »

Moraliter. S. Chrysostomus in moral. hom. 3, docet Christianos non debere lugere fideles mortuos, eo quod mortui sint, quia mors eis lucrum est vite mellioris; seu lugendos esse et iuvandos, si in aliquibus peccatis mortui sint. « Defeasimus, at, istos, juvemus eos pro viribus, procuramus eis aliquid auxillii. Quomodo, quare ratione? precentes adhortacioni et aliis ut pro illis elevent, pauperibusque indesinenter pro illis eleemosynas demus. » Et infra: « Non frustra ab Apostolis sanctum est, ut in celebratione venerandorum mysteriorum memoria fiat eorum qui hinc discesserunt. Noverant illi multum hinc emolumen fieri, mollum utilitas; stante si quidem universo populo manus in celos extende, certe item sacerdotiali, venerandoque posito sacrificio, quoniodem Deum non placaremus pro illis orantes? » Notent hec Novantes, discantque Chrysostomi tempore, quando pura et illibata, vel ipsa fatidibus, erat Ecclesia, solitas fieri preces, suffragia et sacrificia pro defunctis, utique in Purgatorio existentibus: nam pro damp-

natis in inferno, ubi redemptio nulla est, orare non licet; ergo credebat tunc Ecclesia Purgatorium esse, animasque in eo detentas a viventibus adjuvari posse. Rursum uebat tunc sacrificio: quo, dicit queso, alio, quam Eucharistico Missa? Denique in eo pro defunctis orabat, idque ex traditione et sanctione Apostolorum, ut sit Chrysostomus. Est ergo Missa sacrificium propitiatorium, non tantum pro vivis, sed etiam pro defunctis.

22. QUOD SI VIVERE IN CARNE, HIC (græco τοτε, id est hoc) sed utrumque patitur syntaxis tam Latina quam Graeca, et idem est sensus) MIHI FRUCTUS OPERIS EST. — Syrus verit, si in hac vita fructus mihī est in operibus meis; et alius, si vivendo frumentum aliquem facere possum, q. d. Si me adhuc vivere opere pretium est, fructuosum et utile mul-
tis. Ita Anselmus.

Et QUID ELIGAM IGNORO. — Coniunctio et hic parit difficultatem et obscuritatem, non enim apparent quid hic copulet, quidve faciat. Primo, Beza pro quod si. Graecum εἰ δις vertens, si vero, vel, utrum vero, sic connectit: Utrum vero vivere in carne, hoc mihi sit opere pretium, et quid eligam ignoro, q. d. Ignoro an opere pretium sit me adhuc vivere, et consequenter ignoro quid eligere debeam, mortemque vitam. Verum non potest ignorari Apocalypsis, an opere pretium esset, ut adhuc viveret, utpote qui videbat tot gentes a se converti, omnimes Asia Ecclesiæ a se uno pendere, seque unum spectare: immo ipse paulo post idem assertis dicunt: « Permanere autem in carne necessarium propter vos. » Addit: Graeci εἰ δις accipiunt non ut dubium, sed ut osterritum. Ita Chrysostomus, Theophylactus, Ecumenius (1); immo Ecumenius accipit ut causale, q. d. Quoniam opera pretium est me vivere, hinc ignoro quid eligam, an vitam an mortem. Secundo, Erasmus subtiliterit verbum *contingat*, facitque duas propositiones, quas connectit copula et, hoc modo: Quod si vivere in carne mihi contingat, hoc erit opere pretium, et proinde quid eligam an vivere, an mori, ignoro: sed hic ex se et sine fundamento supplet verbum *contingat*. Tertio, obscurus idem Erasmus et ex eo aliis docent copulam et hic habere occurrat vim excludendi id, quod diversum est, sed eam non satis explicat.

Dico ergo per ellipsim supplendum esse ex vers, precepit. mori lucrum, q. d. Si vivere in carne est opere pretium, et alia ex parte mori mihi lucrum est, quid ex hisce duobus eligam ignoro; hoc enim inuit vox eligam: electio enim est inter duo: cum ergo hie unum tantum, sollicito vivere, ponat Apostolus, alterum ex vers. precepit. supplendum relinquat; sic enim solent loqui homines dubii, involuti et perplexi, ut unum voce exprimant, alterum quod mente retinent in-

(1) Itaque et h. l. idem valet ac sane.

23 et 24. COARTOR AUTEM E DUOBUS: DESIDERIUM HABENS DISSOLVI, ET ESSE CUM CHRISTO, MULTO MAGIS MELIUS: PERMANERE AUTEM IN CARNE, NECESSARIUM PROPIER VOS. — S. Augustinus, lib. III De Doctrina Christiana, cap. II, duobus modis hunc locum distinguunt et legi posse docet. Priore sic: « Coartor et duobus, desiderium habens; » q. d. Coartor duarum rerum, scilicet vita et mortis, desiderio. Unde grace pro coartor est *avertipos*, id est continetur, vel undique tenetur, scilicet ex una parte vita, ex altera mortis desiderio. Secundo modo et genere, cum Romanis et Lovaniensibus ita distinguendum et legendum est, ut post coartor et duobus ponatur interpunktus, sive duo puncta; deinde sequatur: « desiderium habens dissolvi, » etc. Sensus est: « Coartor et duobus, » id est a duabus rebus premor et arctor, duas res utrinque me quas medium premit et arctant. Ita Syrus. Vel, ut *τοτε τον δια*, id est *e duobus*, sumatur pro *avertipos*, id est *utrinque*, q. d. Utrinque premor et arctor, hinc desiderio dissolutionis, ut sim cum Christo, inde necessitate permanendi in causa proper vos: hoc enim plane verba significant.

DISSOLVI, — id est mori, mors enim est dissolutio anime et corporis.

Nota: Non dicit: Cupio resolvi, scilicet in eleminta quibus consto; resolvi enim tantum significat interire et interitum: hoc autem non est optabile, nec Apostolus optat interire, sed mori; ita tamen ne permaneat et transeat ad meliorem vitam et statum; unde non ait: Cupio resolvi, sed, « Cupio dissolvi, » scilicet vineculo, quo anima in hac vita corpori colligatur, quasi lutea sua domui aut vesti. Unde S. Gregorius Nazianzenus orare solebat: « Domine, solve hanc funicam ita mili gravem et ponderosam (corpus hoc mortale et arnumosum), et da mili levitatem. » Imo anima colligatur corpori quasi carcere et compedibus, aut potius quasi cadaveri, ut alebat Hortensius (ut dixi Rom. v, 12). Sicut ergo illi qui vivi a Mezenzio cadaveribus erant colligati, ita ut os, oculi, oculo, manus manu cadaveris astringeretur, ut ejus factio cruciarentur et examinarentur, optabant hoc vineculo solvi, et cadavere liberari: ita Paulus optabit suo corpore liberari et solvi, ut Christo jureretur: corpus enim quod corruptum, aggravat animam, ut non possit ecclesia cogitare, sed deprimitur ad corporis necessitates et concupiscentias, morbos pariter et aerumnas: anima enim omnes corporis factores, phlegmata, excrements, sordes, aquæ ac bestiales cupiditates sentire ac pati debet, perinde ac si cadaveri foret colligata; tolli enim animam, quid est corpus alius quam cadaver? immo presente anima corpus factet, sorbet, tabescit, putrescit, ac si cadaver esset. Quis non optet hoc res cadavere, hisce vineis solvi a liberari? Vere S. Gregorius, lib. IV Moral., cap. xii: « Dissolvi, inquit, Paulus non quereret, nisi se vincent videret. Hoc vero

Paulus
capit. dis-
solvi, non
resolvi.

vineula quia certissime rumpenda in resurrectione conserperat, jam quasi rupta Propheta gaudebat, cum diceret: Dirupisti vineula mea, tibi sacrificabilo hostiam laudis. » Et S. Augustinus: « Qui desiderat, inquit, dissolvi et esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter vivit et delectabiliter moritur. »

Nota: Pro *dissolvi*, greco est *ἀναλύειν*, quod est vocis media; unde tam active quam passive sum potest, ut significet non solum *dissolvi*, ut verili Noster, Vatablus et alii; sed etiam *dissolvere*, vel *sottere*, estque verbum nautarum et portu solvendum et proficisciendum; sicut enim *ἀναλύειν* est aurigorum, cum dissolvunt funes eorum et currum, ut se componant in diversorum ad quod divertunt: ita *ἀναλύειν* dicuntur, qui movent sareinas, mutantque diversorum, puta, nautes cum solvant rudentes, et peregrini ac militis cum solvant tabernaculorum tunes, ut castra moveant. Unde Chrysostomus *ἀναλύειν* veritatem affert: (Augustinus) Episcopi, de quo sanctus in epistola sua, quam *De Mortalitate* scripsit, martyr Cyriacus ita retulit, dicens: Cum quidam de collegis et consacerdotibus nostris infirmitate defessus et de appropinquate morte sollicitus, conmiserat sibi precaretur, astigit deprecanti et jam pene morienti juvenis honore et majestate venerabilis, statuta celsus et clarus aspedu: quem astantem sibi vix posset humanus aspectus oculis carnibus infici, nisi quod tam videre jam poterat de seculo recessus. Atque ille non sine quadam animi et vocis indignatione infremuit et dixit: Pati timetis, exire non vultis, quid faciam vobis? »

Climacus, *gradus* 6: « Probatus, ait, ille est, qui mortem singulis diebus expectat; sed illa sanctorum, qui cum horis singulis desiderat. »

Ila S. Paulus, ait S. Hieronymus in ejus *Vita*, primus Eremita S. Antonio se invenerit: « En, ait, quem tanto labore quesivisti, putridis senectata membris operit incolua canities. En vides hominem mox pulverem futurum. Sed quia dormitionis meo tempus instat, et, quod semper cupiebam dissolvi et esse cum Christo, peracto cursu superest mihi coronam justitiae; tu miseras es a Domino qui humum corporis meum tegas, immo terram terra reddas. »

Porro tres sunt cause que sanctum Paulum et alios Sanctos insularunt ad desiderium hoc, ut euperint *dissolvi*, quia perseguuntur S. Ambrosius lib. *De Bono mortis*, et Cyriacus, lib. *de Moral.* Tria enim sunt vineula quae nos hic ligant et pre-

Tria
causa
corporis
et
terre
et
car
Sancti
tot
desi
derit

mittunt. *Primum*, est aerumnarum corporis; *secundum*, concepcionis et peccatorum; *tertium*, terra rerumque terrenarum. Hic omnia mors dissolvit, facitque nos impossibles, impeccabiles, celestes et divinos. « *Triplex*, inquit S. Bernardus in transitu S. Malachiae, in morte congratulatio est: homines ab omni labore, peccato et periculo liberari. » Prima ergo causa, que facit nos optare hanc dissolutionem, sunt morbi et aerumnarum hujus corporis et vita: et enim tantu sunt, ut merito disputet S. Augustinus, lib. XIII *Civit.*, cap. x, an huc vita potius mors dicendia sit, quam vita. Idem in illius *Psalm. XXXVII.* *Intret in conspectu tuo genitrix compeditorum*, ait: « Compedes sunt infirmitates et corporis corruptibilitas, que animam aggravant. Ab his compeditibus concepiscitur dissolvi Apostolus, et esse cum Christo; donec ergo corruptibile hoc induat in-

trahit,
sunt
aerumnarum
corporis
et
terre

corruptionem, et mortale hoc induat immortalitatem, velut compediens caro infirma impedit promptum spiritum. » Et S. Gregorius, hom. 37 in *Evang.*: « Temporalis, ait, vita eterna vite comparata, mors est potius dicenda quam vita; ipse enim quotidiana defectus corruptionis, quid est aliud, quam quedam prolixitas morsis. Sane vita haec non aliud esse videtur quam vita quotidiana, longa et lenta mors. E contrario vero quid est aliud iustiora mors, quam finis laborum, principium quietis; fuga tristitia, et adventus latitudo; sedatio tempestatis, et initium tranquillitatis; consummatio exilii, et redditus in patriam, in quam tot aerumnis superatis, tot laboribus exantatis, tot afflictionibus emensis, revere anhelamus? »

Secunda hujus desiderii causa est, tum concupiscentia, cum qua perennem et multiplicem ac difficultem lucram gerimus omnes Sancti, tum pecunia peccandi mortaliter, ac necessaria peccandi venialiter. Hac ex causa gemit Apostolus se veniam datum sub peccato, Rom. vii, ideoque: « Infelix, ait, ego homo, quia me liberabit de corpore mortis hujus? » Qui penetrat ponderatque peccati gravitatem, quantum malum, quantorumque malorum causa sit, Deum offendere, hic suspirat ad mortem, quasi ad peccati et malorum omnium terminum, ut fiat impeccabilis.

Dies: Charitas inclinat ad magis semper et majora sui incrementum, et ad accumulandum saepius merita et premia: haec autem non per brevem, sed per longam vitam acquiruntur. Respondeo: Ita est; sed tamen si in una lance ponas spum hujus augmenti meritorum et charitatis, in altera vero ponas periculum peccandi, hec illi longe preponderabit. Periculum enim peccandi, praesertim mortaliter, cui in hac vita semper obnoxii sunt sancti, ac consequenter periculum damnationis aeternae, tantum est malum, ut nulla augmenti charitatis vel glorie aeternae spe compensari ex aquo possit. Idem suo modo et proportione clementia Sancti de peccatis venialibus.

Audi, ut alios taceam, cujusdam nuper sancti Martyris nostri Anglicani hac de re ardentes etignificatum volum. « Si vere amas Deum, ait, certo nihil tibi adeo gravis esse potest, atque summam illius majestatem eam in minimis offendere, nec quidquam tantopere expetes, atque remedium aliquod, quo securus esse possis, te namquam amplius Deum offensurum; quod eum in hac vita haberi non possit, continuo clamans cum Psalmista: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est! et: Cupio dissolvi; et: Quis mihi det penas? Magnum quidem est pro amore Dei laborare, dolere et tormenta tollere; magnum, animas lucrari; magnum, in Religione cum continua sui victoria vivere; si tamen haec fieri non possint, quin Deum meum offendam, mallem omnibus omisssis cito mori, quam cum quotidiana Dei in-

vide non valer vultum Dei. »

Ila S. Joannes sexus, optansque Christo frui, in fine *Apocal.*, ait: « Veni, Domine Jesu. »

Hoc argumento scripsit S. Cyriacus (quem secutus est S. Ambrosius, lib. *De Bono mortis*) tractatum *De Mortalitate*, ad consolationem Christianorum in communis lue et peste, quo sita estate tota Africa per quindecim annos grassabatur: in quo multis rationibus docet, Christianis

non esse timendum, sed appetendam mortem. Atque in fine, tertiam hanc de qua jam agimus, causam ita perurget: « Considerandum, ait, est, fratres dilectissimi, et identidem cogitandum, renuntiassae nos mundo, et tanquam hospites et peregrinos hic interim degere. Amplectantur hunc, qui assignat singulos domicilio suo, nos hinc creptos et laqueis sacularibus exsolutos, parados restitut et regno coelesti. Magnus illuc charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat, jam de sua immortalitate secura et adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum et complexum venire quanta et illis et nobis in communis letitia est ».

« Unde beata illius vita et coelestium civium gaudia ita prosequitur: « Qualis illuc coelestium regnum voluntas sine timore morienti et cum exterritate vivendi! quam summa et perpetua felicitas! illuc Apostolorum gloriros chorus; illuc Prophetarum exultantium numerus; illuc Martyrum innumerabilis populus ob certaminis et passionis victoriarum coronatus; illuc triumphantes virgines, que concupiscentiam carnis et corporis, continentie robore subegerunt; remunerati misericordies, qui alimentis et largitionibus pauperum justitiae opera fecerunt, et ad celestes thalamos terrena patrimonia transtulerunt. Ad hos, fratres dilectissimi, avida cupiditate proponeremus, ut cum his cito esse, ut cito ad Christum venire contingat, opentus. Hanc cogitationem nostram Deus videat, hoc propositum mentis et fidei Dominus Christus aspicat, datus eis glorie sum ampliora premia, quorum erga se majora fuerint desideria. » Hucusque Cyprianus. Haec paulo fusius produxi, quia hic est finis ad quem tota nostra vita tendimus, id eoque assidue cupimus et nos cum Paulo dissolvit, et esse cum Christo.

Refert Rufinus in *Vitis Patr.*, lib. II, cap. IX, Abbatem Mutium mira sanctitatis solem stituisse, ut ad discipulum moriturum longe absentem posset pervenire. « Cum invenerisset eum jam defunctum, oratione facta osculatus est eum, et ait: Quid magis desideri habes, frater, abire et esse cum Christo, et permanescere in carne? Tunc illi, recuperato spiritu, paululum resedit et ait eum: Quid me revocas, Pater? Melius est mihi redire et esse cum Christo; permantere autem in carne mihi necessarium non est. Cui dixit: Dormi ergo in pace, fili, et ora pro me. At ille continuo reclinans se in lectulo, obdormivit. Similiter S. Gregorius, lib. I *Dialog.*, cap. II, refert Marcellum a morte suscitatum a S. Fortunato, Episcopo Tuderino, ingemuisse, ac dixisse: « O quid fecisti? o quid fecisti? » Sic et S. Salvini Episcopum resuscitatum ingemuisse fusa narrat Gregorius Turonensis, lib. VII *Hist. Francor.*

Legimus in Vita S. Nicolai Tolentinatis, quod ipse sex totis ante obitum mensibus, paulo ante

nocturnas preces, singulis noctibus suavissimum angelorum concentum audierit, qui illi quasi praestationem futura vite preberet. Quocirca hoc Apostoli dictum credibile iterabat: « Cupio disolviri et esse cum Christo; » cumque resolutiones tempus instaret, in extremo spiritu fundere copit voces letitiae et animi gestis; cuius inusitatissimi gaudi Fratres qui aderant causam perquirentes, audierunt ab eo: « Dominus meus Jesus Christus sanctissima matre sue et Augustino Patri nostro inimicus, dicit mihi: Euge, serve bone et fideli, intra in gaudium Domini tui: » in quibus verbi expravit. quis non talem mortem, imo transiit in paradisum, cupiat et votis omnibus optet? Si talem mortem optas, vitam similem imitare et ambi.

24. PERMANERE AUTEM IN CARNE NECESSARIUM (Grecce ἀναποτίπειρι, id est magis necessarium) PROPTER VOS.

25. Et hoc (sollicet necessarium esse vobis, ut maneam in carne) CONFIDENS (Grecce πεπεισθε, id est persuasiō), SCIO QUA (id est quod) MANEBO, — q. d. Persuasiō mili vitam meam vobis esse necessariam, scio quod Deus me vobis adhuc concedet facietque in vita permanere. Hinc patet epistolam hanc scriptam et primis vinculis, non et secundis: nam et primis fui liberatus, in secundis a Neroni occisus est Paulus.

MANEBO ET PERMANEBO OMNIBUS VOBIS. — Grecce μέν καὶ συντηρεύομαι, maneo et conservanebo omnibus vobis, q. d. Nolite timere et lugere orbitatem vestram, quasi me, patrem vestrum, sitis orbandi; ego maneo et cum vobis permanebo; quasi pater vobis, filii meis, superest adero, praesens vos visam, absens per literas et nuntios vos salabor et confirmabo, ut in fide et gratia proficiatis, deque fidei incremento tam vestro quam alieno gaudeatis.

Hic verbus dubium sum, an optabilius sit vivere, an mori, resoluti Apostolus, satisque ad discipulum moriturum longe absentem posset pervenire, « Cum invenerisset eum jam defunctum, oratione facta osculatus est eum, et ait: Quid magis desideri habes, frater, abire et esse cum Christo, et permanescere in carne? Tunc illi, recuperato spiritu, paululum resedit et ait eum: Quid me revocas, Pater? Melius est mihi redire et esse cum Christo; permantere autem in carne mihi necessarium non est. Cui dixit: Dormi ergo in pace, fili, et ora pro me. At ille continuo reclinans se in lectulo, obdormivit. Similiter S. Gregorius, lib. I *Dialog.*, cap. II, refert Marcellum a morte suscitatum a S. Fortunato, Episcopo Tuderino, ingemuisse, ac dixisse: « O quid fecisti? o quid fecisti? » Sic et S. Salvini Episcopum resuscitatum ingemuisse fusa narrat Gregorius Turonensis, lib. VII *Hist. Francor.*

Legimus in Vita S. Nicolai Tolentinatis, quod ipse sex totis ante obitum mensibus, paulo ante

Dubium
resoluti
Aposto
lus, op
tatione
ad hunc
vita.

debero, docet idem Augustinus, epist. 180 ad Honoram.

26. UT GRATULATIO (Grecce ξωχρία, id est glorificatio) VESTRA (gus gloriamini et gratulamini vobis, quod per me sitis ad Christum conversi) ABUNDET IN CHRISTO IESU (id est in Christi doctrina, lego, gratia, Ecclesia, q. d. in christianismo) IN ME (de me vinculis liberato, vobisque redditio) PER NEUM ADVENTUM ITERUM AD VOS (1).

27. TANTUM DICERE EVANGELIO CHRISTI CONVERSANTI. — « Conversamini » est imperativus, q. d. Tantum exigo a vobis, ut la conversamini, scit debet ac dignum est Christianos, qui Evangelium et Christi legem sectantur, conversari.

UT AUDIAT DE VOBIS, QUA (quod) STATIS IN UNO SPIRITU (id est perseverare in pari religionis et mutuo charitatis studio ac fervore) UNANIMES, (Grace μετ' ἡμῖν, in una anima, quasi vobis omnibus una tantum esset anima charitatis) COLLABORANTES, — Grecce συνεργάζεσθε, id est concertantes, hoc est, ut Ambrosius, pariter et conceperit de ceteris.

FIDEI EVANGELII, — q. d. Fides Evangelii in lucta est, vos, quasi athleti fidem luctantem et laborantem, communis religionis et charitatis spiritu ac zelo adjuvate, ut cum ea et — ea generose decertetis contra Paganos et quosvis fidei hostes.

28. ET IN NÜTZO TERREBANI (Grecce μη προπίπειρε, id est, ut Erasmus, no turbati, non tumultuantur: Ambrosius, non paventes). AB ADVERSARIIS (mentibus qui Christianos persequuntur): QUE ILLOS EST CAUSA PERDITIONIS, VOBIS AUTEM SALUTIS, ET HIC A DEO, — q. d. Persecuto hec Gentium ipsosmet perdet et duet in gehennam, vos autem decet ad salutem et gloriam, ad eam hac via dirigente vos ac ducente Deo.

Nota: Pro causa, græce est θεών, id est indicium, argumentum, ostensio, et, ut Ambrosius legit, ostentatio. Unde Beza hic carpe nostram versionem: « Vetus, ait, interpres θεών; maluit causam interpretari, temere quæsita aliena significatione, cum nunquam afflictio fidem salutis illorum dicat causa, sed testimonium. Verum respondent ipsi Erasmus et Vatabulus ὁμόνοι, id est ostendere, sepe sumi pro facere. Sic ait Paulus, II Timoth. IV, 14: « Sed Alexander aruaris multa mihi ostendit, » id est fuit, exhibuit. Sic Psaltes orat: « Ostende, » id est presta, exhibe « nobis, Domine, misericordiam tuam. » Sic Eccl. II, 24: « Nonne mulius est comedere, et bibere, et ostendere (dare et tribuere) anima sua bona de laboribus suis? » Pari modo θεών non tam indicium, quam causam significare patet: quia persecutor Gentilium illis ipsis perditionis fuit causa, non indicium. nec illi hoc indicio credebat se perdendos et damnandos, immo pro-

(1) Vel, ut letitia vestra descessu doctrinae augentur per me, etc.

tafact se bene facere et gratiam mercedeque a Iove diisque aliis accepturos. Quod vero afflictio non tantum testimonium, sed et causa salutis fidem sit et dicatur in Scripturis, patet il Cor. IV, 7: « Quod in prorsus est momentaneum et le tribulationis nostre, supra modum in sublimata eternum glorie pondus operatur in nobis. » Si gloria pondus operatur, illius ergo causa est Rom. V, 3: « Tribulatio patientem operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: » quia scilicet certo sperantes ad salutem et gloriam perducit. Unde inferior ait: « Spes salvi facti sumus. » Mediate ergo (mediante scilicet spe) tribulatio et patientia causa sunt salutis. Apoc. II, 10: « Habebitis tribulationem diebus decem: esto fideli (in tribulatione constans) usque ad mortem, et dabo tibi coronam vita. » Constantia ergo in tribulatione parit et meretur coronam vita æterna, sicut Victoria in stadio et agonie parit et meretur bracium; est ergo constantia haec et Victoria causa mortalis corona et bravii.

29. QUA VOBIS DONATUM EST PRO CHRISTO, NON SOLUM UT IN EUM CREDATIS, SED UT ETIAM PRO ILLO PATIAMINI. — Difficultatem movet pro Christo; non enim coherer sequenti, ut in eum credatis; nec enim credimus in Christum pro Christo. S. Anselmus sic explicat: pro Christo, id est proper Christum, et Christus nostra datum est vobis ut credatis in eum. Secundo, Photius apud Ecumenicon: ὅτι Χριστός, inquit, capit pro ἡμῖν Χριστός, id est a Christo donatum est vobis ut in eum credatis: sed τοῦτο nunquam ponitur pro ἡμῖν. Tertio, dexterum veritatis Beza, in Christo, id est in Christi negotio, religione; nec enim οὐδὲ significat in.

Dico ergo esse hyperbaton; cum enim vellet Apostolus tantum dicere: Vobis donatum est pro Christo pati, subiit mentem ejus, quod etiam donatum esset eis in Christum credere, illudque inseruit, ac mox ad id quod primo intenderat redi, subiens: « Sed etiam ut pro illo patiamini: » tales enim raptus et hyperbaton vidimus Ephes. III, 1, et alias sepe. Unde Syrus omittens: pro Christo, zlare sic verit, et hoc a Deo ipso datum est, ut non solum in credendo credamus Christum (Christo), sed etiam ut pro illo patiamini.

Hinc primo, S. Augustinus et Concilium Araussianum, can. 5 contra Faustum et Massilienses, probat et definit fidem et initium fidei, sive ipsum velle credere, esse donum Dei, indeque hyperbaton initium salutis in adulto. Adde, hoc ipsum velle credere non tantum esse donum bei, sed etiam nobis obtinere ex meritis Christi. Quod non ben. hic negat quidam Interpres, docens fidem et reliquias dispositiones, per quas Christi meritum applicatur nobis, non dari ex meritis Christi, sed ex misericordia et gratia bei, que Christi meritum prævenit. Verum hoc Apostolo repugnat, qui omnia dona et gratias quibus

ad salutem dirigimus, tribuit meritis Christi : ipse enim tanguam mediator Dei, hominum redemptor et salvator, omnia reconciliationis, redemp-tionis et salutis nostra media et auxilia nobis promeruit, procuravit et impetravit, ut ostendi *Ephes.* 1, 3.

Notani hie *secundo*, Chrysostomus et Theophylactus, *pater pro Christo vocari ab Apostolo donum Dei*, duabus de causis: *primo*, ut non pudeat eos passionis, sed in ea sint constantes, acceptantque quasi magnum Dei donum; *secundo*, ne in eo extollatur, cum illud non habeant a se, sed a Deo. Sicut ergo fidissimis servis in bello probatis, dantur a regibus honorificae crucis pro mercede laborum, ita dantur et magnis Sanctis a Deo.

Notant *tertio* ille, hoc donum patiendo pro Christi maius esse, quam suscitare mortuos et signa miranda patrare. « His enim, inquietum, debitor sum (Deo, qui gratiam suscidi dedit), illie autem debitorem habeo Christum. O rem admirandam! Et donat mihi, et super hoc ipse debet mihi, » q. d. In hac ergo vestra passione gaudere et exultare debet, o *Philippenses*. Vide

dicta ex eodem Chrysostomo, *Ephes.* cap. III, 1. Nota *quarto*, pati pro Christo esse singulare Dei donum, non tantum eatus, quatenus Deus obicit homini occasionem, sicuti fidei, ita et martyrii similiunque afflictionum pro fide et Christo tolerandarum (uti explicat hic commentator Hieronymus ascriptus, qui potius est *Palauii*, vel *Pelagiiani* alicuius, ut ex hoc loco et similibus patet), sed etiam hoc ipsum pati pro Christo est donum Dei, quia Deus patienti affectionem, desiderium et fortitudinem patienti pro Christo aspirat, ut contra Pelagium passim docet Augustinus.

30. IDEM CERTAMEN (Graec. ἀγώνα, eundem agōnem) HABENTES, QUALE ET VIDISTIS IN ME, ET NUNC AUDITIS DE ME. — Graec. ἀγώνιστη, id est auditrix, q. d. In hoc fidei agone mecum quasi atletas dexteratae, o *Philippenses*, idem vobis est agona qui et mihi, eadem palestra, idem certamen pro Evangelio: quia pro eo persecutions, exilia, carcerae, bonorum rapinas aliisque multa patimini, qualia nunc audistis me Romi pati, et oligo vidistis me *Philippis* patientem, cum apud vos virginis casus sum et incarceratedus, *Auctor.* XVI, 22.

CAPUT SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Videntur Philippenses, ut et Corinthii, laborasse ambitione et schismate.

Hinc primo, ardenter eos incitat ad humilitatem et charitatem fraternalm, tum exemplo Christi Domini, qui se amore nostri humiliavit usque ad mortem crucis, ideoque exaltatus est, ut in nomine Iesu omne genu flectatur; tum ex metu et reverentia Dei, qui operatur in nobis velle et perficere, ipsamque salutem, vers. 12. Secundo, horitur, ut inter Gentiles quasi luminaria virtutibus praluceant, vers. 13, ad idque, vers. 17, optans martyrum dat se exemplum.

Tertio, vers. 18 et seqq., ut se ad eos missurum Timotheum et Epaphroditum ad eorum consolationem et profectum.

1. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua visceris miserationis: 2. implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, unanimes, id ipsum sentientes, 3. nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantur, 4. non quae sua sunt singuli considerantes, sed ea qua aliorum. 5. Hoc enim sentite in vobis, quod et in Christo Iesu: 6. qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequali Deo: 7. sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. 8. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. 9. Propter quod et Deus exaltavit illum, et donavit illi nomen, quod est super omne nomen: 10. ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium et infernorum: 11. et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. 12. Itaque, charissimi mei (sicut semper obedistis), non ut in presentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu et tremore vestram salutem operamini. 13. Deus est enim, qui operatur in vobis et velle, et perficere,

pro bona voluntate. 14. Omnia autem facite sine murmurationibus et hasitationibus: 15. ut sitis sine querela et simplices filii Dei, sine reprehensione, in medio nationis pravae et perversae, inter quos luciferi sicut luminaria in mundo, 16. verbum vite continentis ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboravi. 17. Sed et si immolar supra sacrificium et obsequium fidei vestrae, gaudeo, et congratulor omnibus vobis. 18. Id ipsum autem et vos gaudete, et congratulamini nihilo. 19. Spera autem in Domino Iesu, Timotheum me cito mittere ad vos: ut et ego bono animo sim, cognitis que circa vos sunt. 20. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectio ne pro vobis sollicitus sit. 21. Omnes enim quae sua sunt, querunt, non quae sunt Iesu Christi. 22. Experimentum autem ejus cognoscite, quia sicut patri filius, meum servivit in Evangelio. 23. Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox ut video qua circa me sunt. 24. Confido autem, in Domino, quoniam et ipse veniam ad vos citio. 25. Necessarium autem existimavi Epaphroditum, fratrem et cooperatorem, et commilitonem meum, vestrum autem apostolum et ministrum necessitatis meae, mittere ad vos: 26. quoniam quidem omnes vos desiderabat, et modestus erat propterea quod audieratis illum confirmatum. 27. Nam et infirmatus est usque ad mortem: sed Deus misertus est ejus; non solum autem ejus, verum etiam et mei, ne tristitia super tristitiam habemere. 28. Festinamus ergo nisi illum, ut viso eo iterum gaudeatis, et ego sine tristitia sim. 29. Excipite itaque illum cum omni gudio in Domino, et ejusmodi cum honore habetote. 30. Quoniam propter opus Christi usque ad mortem accessit, trahens animam suam, ut impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

1. SI QUA ERGO CONSOLATIO IN CHRISTO. — « In Christo, » id est Christiana, sive que sperant et expectari potest ahi quis sunt in Christo, puta: Christiani, qui unum sunt in fide et charitate Christi, q. d. Si Christiano more, si ex Christi ulla imitatione, compassione, spiritu, me Apostolum vestrum vinculum consolari cupitis, o *Philippenses*, illi Theophylactus.

Si QUOD SOLATIUM CHARITATIS, — si charitatem consolando mea vultis ostendere, si charitas vestra aliquod mihi solatium cupit afferre.

Si QUA SOCIETAS SPIRITUS, — si quis sit Spiritus Sanctus hominibus Christianis communis, si declarare vultis vos cumdum mecum habere spiritum, si qua vobis in Ecclesiis mecum est societas et communio Spiritus Christi.

Si QUA VISCERA MISERATIONIS. — Graec. οὐαὶ σπλάγχνα εἰς τούς, si qua viscera et miserationes. Ubi nota primo: εἰ τόν, id est si qua, legit Noster, Vatablus, Beza et alii; Chrysostomus tandem cum suis legit εἰ τόν, id est si qua: et tunc est antiplosis, si quis, id est si qua: ad rem enim, non ad verba attendit Apostolus. *Vidit can.* 38. Nisi dicas cum Erasmo abstractum pon pro concreto: si quis est viscera et miserationes, id est si quis est visceris et misericordis, ut σπλάγχνα, hoc est viscera, vocet ipsum hominem viscerale misericordia predidit.

Ille nota secundo: *Viscera* vocat viscerales affectus, puta tenermanni, intimam et ex iniis quasi visceribus miserationem et compassionem: hoc enim est Hebreum ὑπὸ τὴν rachamim, q. d.

Si qua erga miseros et affliatos, ac pressentim erga Apostolum vestrum vinculum, tenera ac viscerale commiseratione tangimini.

2. IMPLETA GAUDIUM EHM (gaudium, quo me credendo et collaborando Evangelio ecclipsis afferre, cap. 1, vers. 7, complete et cumulate, saffagendo scilicet), UT IDEM SAPIATIS, EAMDEM CHARITATEM HABENTES. — Eu quale pathos Apostoli, quot verbis, quanta energia, quanto affectu Christianos *Philippenses* ad concordiam et charitatem fraternalm incitat!

Ut IDEM SAPIATIS. — *Syrus*, ut sit vobis una voluntas; sed sapere, tam intellectus est, quam voluntatis: vult ergo eos tam intellectu, quam voluntate, tam in fide et dogmatibus, quam in amore et affectu esse concordes, ut idem credant, idem ament.

EAMDEM CHARITATEM HABENTES. — « Eamdem, » id est mutuam, ut singuli sese invicem una eademque, id est mutua, charitate complectantur, quasi una eademque charitatis anima viventur. Secundo, Theophylactus et *OEcumenius*, « eamdem, » id est aequalem et parem, ut tantum quisque alium amet, quantum amatur ab alio, ut quisque alteri in amore respondeat: magnes enim amoris est amor, lynx et illex efficacissimus amoris est amor. Hoc est, inquit Seneca, philum sine benefice carmine cogens elian hostes ad redemandum: si vis amari, ama. *Nimirum:*

Ut prestem Pyladen, aliquis mihi prasest Orestem.
Hoc non fit verius, Marca: ut ameris, ama.